

sponte essent; si luca ex negotiatione indepta fidelitate summa dividerent cum creditoribus; si nulla essent fraudis, iniustitiae, & infidelitatis pericula; si exacte servaretur evangelica regula, *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*: in hypothese horum omnium egeret ne Respublica civilis fenore? Quid hic fecit? Abicit iniquis. Relinquit ergo homines, experientia teste, gratis mutuari, vel pecunias luca mercatorum fidelitati committere; cum sciant fraudes, surta, iniustitias quoquoeverim inundare. Bene, & recte. Sed ex ore tuo te iudico, serve nequam. Admissa evangelicae legis exacta observantia, nulla esset iuramentum necessitas. Ergo quia homines servare legem nolant, ideo lex ad eorum nequitiam detinenda est? Quia homines avari, fraudulenti, veniuti, vatri, & iniqui sunt; ideo honestata fenora, & tamquam Respublicae necessaria afferenda? In hanc scopulam sane perniciosissimum impigerunt Casuilarum plurimi. Quin difficultatem operi sunt reformandi humanos mores ad legem assumunt, leges divinas, humanaeque ad hominum mores detorque, & inficere benignitatis obtenta, opere pretium exillimarunt. Haec quoque sunt acutissima ratio quibus usurarium patroni ununtur, ut fenora hominum societati accommodent. Plurima alia usura mala, scandala nempe quae religioni christiane parituri (nam vel ipsum Alcoranum fenora exacerat) praeter eo; cum suapte natura manifesta sint. Conferant acuti Broederiani usuras cum mutuo. Gratuitum mutuum & commodum, & necessarium est societati; fenus perniciosum.

XXVII. Tandem, ut paucis perlingam quae BENEDICTUS XIV. in sua Pastoralis Encyclica definitur, referam interpretationem quam ipse Doctissimus Pontifex exhibet in suo insigni Opere de Synodo Lib. VII. cap. xlvi. pag. 456. n. 10. *Verum quantum tot Doctorum auctoritate, & argumentis minime perterriti, praedictam exoticam rationem nonnulli iterum reficere non dubitarunt, propterea Nos ad Petri Cathedram erecti, ne catholica doctrina puritas, cuius depositum Nobis est a Christo conceditum, hac erroris labe soedaretur, datus ad Italiae Episcopos encyclica litteris sub die prima Novembris 1745, haec inter cetera declaravimus. Primo, omne lucrum ex mutuo, ratione mutui, usurarium, & illicitum esse; secundo, ad usurae labem purgandum nullum excessum posse subsidium vel ex eo quod id lucrum non excessum, & nimium, sed moderatum, non magnum, sed exiguum sit: vel ex eo quod is a quo id lu-*

crum, solius causa mutui, depositum, non propter, sed dices existat; nec datum sibi mutuo solummodo relictorum otiosum, sed ad fortunam suam amplificandam, vel novis commendis praedit, vel quasi iusto agitando negotio, utilis sine sit impensurum: tertio, quamquam una cum mutui contractu possint quandoque alii iustitiae, ut aiunt, forte concurrere, ipsi mutuo extrinseci, & quibus iusto oritur causa aliquid ultra sortem, ex mutuo debitum, exigendi; atque in falso, & tenere affirmari diximus, eiusmodi titulos semper reperi, ac ubique praesto esse, ita ut illuminatione, quotiescumque pecunia, frumentum, aliquid id generis, alteri cuiusvis creditur, toties semper licet auctarum moderatum, ultra sortem integram, & salvamque recipere. Alia praetera ediximus, atque in contractibus servanda commendavimus (quae in episcopales Synodos altiter inferi poterunt) ne usura macula inficiantur; scilicet videre est in praefatis nostris litteris, impressis Tom. I. nostrar. Confus. 12. quas superius theologicis commentariis illustravit Daniel Concina Ord. Praedicator. Theologus.

CAPUT VI.

Lutherani Scriptores moderni, usuras moderatas defensores, Lutheri, Bucerii, Brentii, Melancthonii, & Chemnitii auctoritate redarguuntur, tamquam haeretica doctrina propagatores. Quid de quibusdam scitulis qui Calvinistarum luc in hac usurae controversia trinci, pro usuris pugnant?

I. Utherani Scriptores vix libellam in lucem edunt vel de philosphico, aut algebraicis questionibus, quin contra las iustaque ansam carpenti Catholicos arripiant. Quare mihi vitio non vitatum parva diffusio, ab illorum imprudenti dicitate extortita. Continenter blaterones crepant *Papistas, & Pontificios*. Quod dum praesent, tam caeci sunt, ut non videant, le apostatas, desertores, & perduelles detestandos praebere. Excrit ne umquam vera Christi Ecclesia, quin Pontificia fuerit? Inficiuntur, si aulint; Ecclesia vestra Pontificia non est. Apostolica ergo synagoga est; cum vera Christi Ecclesia semper fuerit Pontificia. Ecclesia nostra Pontificia est: ergo hoc ex capite splendida prerogativa insignita fulget. Hinculque argumentatio ineluctabilis est. Num postea illius vere Pontificia Ecclesia, Romapensis, et vestra utar phrasi, dogma aliquid adulteraverint, quaelio alia nos inter & vos est, alibi dirimenda. Interim certum est Ecclesiam

suam vestram Antipontificiam satana esse conciliabulum. At hoc obiter, & ut palam fiat tuam fit crassa vel in ipsis vocibus quibus nos mordere tentant, illorum incitia, ne dicam stultitia. Sed, ut majori pudore sustuliantur, ad id quod propolui, accedo.

II. Iustus Boehmerus, Franciscus Budaus, Wolfius, Heinecius, ceterique, qui inter Lutheranae factionis nunc emicant, pro usuris moderatis veluti pro aris & focis stilum accunt. Nec pudori sibi verunt in hac gravissima causa terga vertere Beato suo Martino Luthero, semibatis Martino Bucerio, Philippo Melancthoni, Ioanni Brentio, Martino Chemnitio funestissima defectiois principillio, ut in Calvinii, Molinari, Salmassi, aliorum, quae Calvinistarum sinum se se recipiant. Ciambabuti forsitan, me haec ad constandam invidiam fingere. Sed meum est, luce meridiana evidenter demonstrare, praefatos apostolos Lutheranae sectae Auctores, & pseudo-apostolos usuras omnes, sive immoderatas, sive moderatas, reicere, & contrarium errorum, tamquam divino, naturalique iuri oppositum, damnare. Hoc est quod demonstrandum affumo.

III. Initium capere a Martino Luthero debent; sed de hoc infra, cum de Martino Chemnitio sermo erit. In nefario schismate Martinus Bucerus Luthero inferior non fuit; sed quo erat illo doctior, atque eruditior recte Calvino, eo fuit scelestior. Is primus omnium novatorum divinam ad versus usuram legem circumvenire, cavillarique cepit, dum in Universitate Cantabrigiae cathedram moderabat. In Opere de Contractu trino Append. 2. §. 1. fule sententiam Bucerii exposuit, & palam feci, non nisi in quadam verborum equivocatione ab Ecclesiae catholicae, a qua delinxit, doctrina recedisse. Lucrum quippe ex dicitur, in societatem negotiationis alteri tradita, unquam appellavit in Commentariis in Psal. xiv. & tract. de usura, ubi haec inter plura alia scribit. Moderationem enim istius usurae sapissime dixi notandam esse primum ex Dei benignitate, apparente in obveniente lucro sancte & aequo comparato: tum ex iustitiaque, & utentis pecunia aliena, & tradentis eam alii in usum eam necessitate, tum commodo. Ita ut si Dominus usui pecunia non benedixerit, inde is qui ea usus sit bona fide (id est, non cessante in munere suo, nihilque in lucrum profundente, nihil tenere impendens) non solum nihil lucratur, veram etiam iacturam faciat, ut tunc ille qui pecuniam de alio utendum, PARTICIPET HOC DAMNO, VTI PARTICIPAT LUCRO, cum Dominus

illud dederit. Ad eum modum, si Dominus large benedixerit pecunia exercitio, eo quoque dixit debere cum benignitorem gratiam fratris sui creditori, qui eius fuerit pecuniam feliciter usus: ita ut omnia ex aequo & bono compensentur inter credentem, & usurarium pecuniam, ET LUCRUM, ET DAMNUM, & quae obtinat aequalitatem, quam Spiritus S. requirit 11. Cor. viii. ut utriusque utrius abundantia alterius largiat inopiam: nec fit nisi remissio, alteri afflicto. Abundans pecunia communitate autem lactandi eius usi deficiunt, cretat pecuniam cui Dominus dedit facultatem pecuniam commode excedendi, pecuniam vero non dedit. Hic vero abundans lucro, ex aliena pecunia comparato, imperia indeci a quo pecunia accepti utendum. His adiuncti, Christianos quos Dominus veli civilibus legibus vivere, bona semper conscientia iuri posse contrahendi inter se ratiovis, quas excolle: cuiusvisque civitatis hoc comprobant: S. QUI DEMUM LEGES ILLAE NON PUGNANT CUM VERBO DEI.

IV. Tamen haec Bucerii doctrina nonnulli voce tenus dilacerat a communi sana doctrina; nihilominus alii Universalitatis Theologos tamquam novi erroris reportent. Bucercum continuo obstrugant, postidum Magister IUNGUS, ut testatur Bucerus ipse ibidem his verbis. *Haec cum quarta potius cautione tractasset, quam tunc pectore excorator: nec etiam bonas innoxiam hominum conscientias perturbare inivissus Dei* M. IUNGUS in disputatione quam habuit in suo Collegio, proposuit inter cetera, accipere pecuniam pro pecunia usui quovis modo esse usuram prohibitam verbo Dei, & peccatum. Ad haec disputationem adfuit &c. Rogabant, non liceret nobis hominibus aliquam actionem condemnare peccati quae nulli Deo verbo adversetur? Dabat ille non licere. Adiecit illud genus usurae, quod supra descripsi, quod & comparatur pio sanctoque quibus, absque ullius fraude, & ita temperatur, ut non minus dantis quam accipientis detur commodo, nulli Dei verbo adversari. Plura Scriptura rum, & Patrum testimonia promit Bucercus in iuxta opinionis patrocinium. Nec propterea plene quiescebat Magister IUNGUS, subdit Bucerus ipse: quia lucrum illud sub usura nomine invehitur. Post multa (perit Bucercus) concedebat tamen longas, posse creditorem aliquando a debitore accipere gratiae loco, sed si id liberaliter daretur, & nullo intercedente pacto: non enim illud licere a quoquam stipulari. Contra id obicitur, me loqui de usu-

usura quam dare sit opus iustitiae; iam licet Christianum hominem a proximo suo stipulari omne officium virtutis. Adhuc autem, cum stipulationem debere SEMPER in moderatione teneri caritatis, ut si a quo sit quis iustum alioquin & equam usuram stipulatus, DAMNUM accipiat ex usu credita pecunia, tum e ditor, UT SUPRA DICTUM EST, EODEM DAMNO PARTICIPET. Et usura stipulationem remittit. Identidem enim ingeminabam, me eam tantum prebare usuram quae datur non mirare commo dantis quam accipientis: commodum enim, & utile, nemine Christianorum ab honesto & equo sciungente. Siquae terminata fuit ea disputatio, ut interdum videtur lingua a me non multum distentire.

In ea autem nostro colloquio cuius meminimus, factor me ab illo esse perquam graviter, & tanquam ex linguari auctoritate admonitum, atque etiam incipitum. Dicitur, viderem, quantum hac mea de usura doctrina obticerem hominibus offendiculum: me respondere, quam perditum sit hoc regnum usuris, quamque in eo immanes usurae exerceantur. Fuisse in prelezione mea, cum de usura tractarem, qui meam doctrinam arripuerit pro sublevarione suae conscientiae, etiam ad generationem admodum mordentem. Respondendam, nihil hoc, ac cuique alii, dolere ex animo, commoneque me usuram quae vel tantillum incommodat proximo, immo qua non recipi si commoratur, damnare toto pectore. Propterea tamen quod mordentes atque noxia usurae apud multos vigeant, haudquam fas esse ut quod sit equum caritatis, & iustitiae officium, usuram scilicet commo dantis, & accipientis coequatam, noxia damnem, & iniquitatis, ac ita contristari bonas conscientias, quas Deus contristari non vult. Impios etiam Dei legem ad suam detergere permittem, non tantum doctrinam meam.

Cum itaque lingua non posse illud usurae genus quod ego admitto, peccati convincere, hortabatur me, ut cum viris de hac re egrem, BENE EXPLICAREM eam qui pro usu pecuniae suae partem lucri accipiat, quod Dei beneficio innoxium obervat, COMMUNICET ETIAM DAMNO. Quae illi, me hoc FERLIENNER salutari: nihil enim magis cupere quam, dum non pessimum ad pietatem hominibus proletere recitavit; sed novam & obiviam aliquid ad pietatem offendendum, sed me SEMPER in omni viato rei tractatione invidelicet, & quam studiosissime, NIHIL CUIQUE LICERE USURAE ACCIPERE A

QUOQUAM, OSOD IS QUI DAT, NON VERO SUO COMMODO DARE POSSIT, ET DEBEAT. SIQUE DAMNUM HIC CAPLAT, TUM ET DAMNO EO PARTICIPE DEBERE EUM QUI LUORI PARTICIPE ERAT FUTURUS, SI ILLUD DOMINUS DEDISSET.

Quantum vero potui, ego non demisse, & cessum cum IUNGRO, scriptis ita cum mihi, immo doctrinae salutari desinere, & ad coeterea qua cum eo eam abstraxi, aliqua animi eius erga me benevolentia preparare. Iam autem video, eum istam meam doctrinam, & comitatem ad res, quae contra me viderentur, vel faciam mei correctionem capere; quam ipsam tamen correctionem grato animo ab eo recipere, si ulla in re eam ex Diciturbo praestiterit, adhaec praestare possit.

V. Bucerus itaque lucrum quod se percipit qui utendam pecuniam credit, sensus licitum defendit, dummodo liciti lucri, tunc damni & iacturae participes sit; fatque aequa partio creditorem inter & debitorem lucri, & damni quod pecunia negotiationi a socio debitore applicata parit. Quia vero Bucerus tale lucrum sensus vocabat, quod vocabulum istud adiphorum reputaret; quamquam iuxta communem intelligentiam fenore non sit; ideo Magister lingua cum ceteris Doctoribus Universitatis vocem contra Bucerum exaltavit. Nec ab oppugnatione desistit, donec Bucerus opposuit perspicua oratione se inculcatum auctoribus, se iurum cum pecunia negotiationi tradita licitum defendere, hac semper adiecta conditione, ut si qui pecuniam socio conferat, periculo, damno, & iacturae subiacet, si quidem non accipiat, non morietur, sed vita vivet. Ergo qui accipit, is nec habitabit in tabernaculo Dei, nec vita vivet, sed morietur.

VIII. Nec reponere Lutherani valent, BRENTIUM loqui de fenore mordente. Quoniam iuxta Brentium sensus natura sua malum est, cum repugnet nummum gignere nummum. Quid quod vanam cavillationem conceptis verbis Brentius ipse prolargit? Nam Tom. I. in cap. XIII. Deuteronom. hac habet: „Scimus igitur, quod usura, praesertim quae designatur pecunia, maxime pugnet cum natura, & dilectione proximi. Nummum enim non gignit nummum. Unde de & Scriptura multum eam detestatur Exod. XXII. Levit. v. Nehem. xxv. Psal. xlv. Ezech. XVIII. & Prov. XXVIII. ... Hic quare solet, num annucentibus, quo de centum accipiuntur quod ex aliquo fundo immobili, in usura? De hoc nihil decerni potest

multarum rerum scientiam, praeter ingenii perfidiam, multam lectionem, aliasque multas ac varias virtutes, quibus a nemine fere bodie vincitur, cum paucis est conferendus; plurimos antecellit: hanc sibi propriam laudem habet, quod nullus hac memoria exactiore diligenter in Scripturae interpretatione versatus est. Utcumque res se habeat, fateri heinc Lutherani coguntur, Ecclesiae Romanae primos perdoles, & novi septentrionalis Evangelii promulgatores utram omnem improbare.

VII. Verum, ut Lutherans preffus adiar, IOANNISBRENTII auctoritatem illis oppono. Is hom. LXI. in cap. VI. Luc. hac scribit: „Usura pecuniaria, & illegitima in lege gravissime prohibita est. In Exodo cap. XXXI. scribitur: Si pecuniam MUTUAM dederis populo in suo paupori, qui habitat tentis, non urgebis eum quasi exactor, nec usurae opprimes: & in Deuter. cap. XXIII. Non feneraberis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno. Eatri autem tuo id quod indiget, commodabis &c. Nec mirum quod usura pecuniaria prohibita sit scripta lege, quando sit contra ipsam rei nummariae naturam. Nummum enim non potest natura sua gignere nummum, sicut granum iniectum agro. In usura autem nummus gignit nummum. Quare usura est praeter naturam.“ Unde quia usura nec cum natura, nec cum scripta lege convenit, dicitur in Psalm. Qui pecuniam non dedit ad usuram, habitabit in tabernaculo tuo. & apud Ezechielem: Qui usuram, & superabundantiam non accipit, non morietur, sed vita vivet. Ergo qui accipit, is nec habitabit in tabernaculo Dei, nec vita vivet, sed morietur.

VIII. Nec reponere Lutherani valent, BRENTIUM loqui de fenore mordente. Quoniam iuxta Brentium sensus natura sua malum est, cum repugnet nummum gignere nummum. Quid quod vanam cavillationem conceptis verbis Brentius ipse prolargit? Nam Tom. I. in cap. XIII. Deuteronom. hac habet: „Scimus igitur, quod usura, praesertim quae designatur pecunia, maxime pugnet cum natura, & dilectione proximi. Nummum enim non gignit nummum. Unde de & Scriptura multum eam detestatur Exod. XXII. Levit. v. Nehem. xxv. Psal. xlv. Ezech. XVIII. & Prov. XXVIII. ... Hic quare solet, num annucentibus, quo de centum accipiuntur quod ex aliquo fundo immobili, in usura? De hoc nihil decerni potest

ex facris litteris, sed ex publicis legibus. Num enim est quod si vel UNUS NUMMUS ULTRA SORTEM ACCIPIATUR IN MUTUO, SIT USURA. Nummum enim non gignit nummum. Aliud est enim mutuum, aliud contractus emptiois. In mutuo non committitur usura, cum aliquid ultra sortem accipitur. Contractus autem emptiois, nisi iuxta leges est licitus. Itaque qui aliquid legitime quinque pro centum in exitu quo fundo, non designat usuram. Qui autem ULTRA TANTUM, aut duo nummum usuravit. Ceterum quod hac lex Iudaeis permittit ut accipiant usuram ab alienis qui non sunt Israelitae, dispensat propter duritiam Israelitarum; sicut & postea de libello repudiij Deuteronom. xxiv. Nam exactia iustitia tam prohibet usuram ab alieno, quod a suo gentili accipere, propterea quod ureque sit proximus, & contineatur nomine proximi.“

IX. Lutherani Brentium venerantur & suspicant eum alterum propriae sectae Patriarcham. Laurentius MOSHEMULUS Lutheranus, & Abbas uxoratus Cenobii Vallis S. Mariae, & scriptor nec incolegans, nec indoctus, prout clima fert, in suis de Theologo non contentioso dissertit in eodem cum Lutero subfello Brentium collocat, eumque & divinarum Theologiae, & religionis christianae reformatorem vocat. Sed si scripta Brentii cum scriptis Lutheri comparentur, laudet Lutherus, & emicat Brentius; quantum ambo a recta tramite toto exorbent. Baccharit Lutherus, furit, & quidquid in buccam venit, spuit, non servato ordine, peripatitiae nulla. Brentius moderatus, & gravis, aequabilis stilo suo ferit errores. Porro atert ille Germaniae haeretice copopolos usuram quamlibet cum verbo Dei pugare clamat.

X. PHILIPPUS MELANCTHON usuras, non secus ac Brentius, divinae veritatis docet; ut relantur vel ipse Iustus BOEHMERUS. Tom. I. Lib. V. tit. IX. §. 33. his verbis: „Denique Patres ex lege divina, & in primis mis Salvadoris, omnem usuram turpitudinem (damaunt) quos usura redargit. Nihilominus tamen Philippus Melancthon tempore Reformationis Patres non despondens edo censuit in respondo anno 1553. scripto. Ursum usura adversus ius divinum non sint puniende, aut toleranda in Republica christiana? Quod MS. editit De Ludewig. Tom. VI. Iuri divini ordinem non pugnae censet, additque, Carolum V. in terris suis hereditariis edixisse, se actionem

usuras denegatum. Ita ergo cum vulgo
usuras cum iure divino pugare credit Melan-
chthon. Quid? Melancthon elegantis-
simus, doctissimus, & Lutheri magister, &
emendator, cuius errores non paucos correxit,
cum vulgo erravit? Ut vulgus interpretatus
est sanctum Dei verbum? Quis ergo
apud vos legitimus Scripturæ divinæ inter-
pres? Sed de hoc mox.

XI. MARTINUS LUTHERUS, & MARTINUS CHEMNISIVS hæc que sequuntur, docent adversus usuram. Sed, ut laborem declinem revolvendi omnia Lutheri opera, que sicut consuevit scripta, ita consuevit edita sunt absque necessariis iudiciis, eius de usura sententiam referam ex illo secundo Martino. Chemnisius igitur, & ipse Lutheranae lectionis antesignanus insignis, Bren-
tio, & Melancthone non inferior, sive acumen, sive scribendi artem, sive eruditionem spectes, *Tom. II. de loc. theol. cap. vi.* usura controversiam suo calamo veriat. Nul-
lum sophisma, quod Calvinus, Molinæus, Salmasius, Noodt, Broederlied, & Broederlied seniori patroni excogitarunt, non labefaciat. Pauca ex pluribus perstringam. Explicata usura voce, continuo errorem moderatim aggredditur num. 2. his verbis. *Consistendum est ex certis & perspicuis Scripturæ testimoniis usuram non esse rem per se & suo genere bonam, hæc ita mediam, ut ex usu, vel abusu indicatur, & moderato quidem probatur, excessus vero tantum damnatur; sed esse actionem per se & suo genere malam, vitiosam, & damnatam. Multi enim cogitant, sicut in reliquis legitimis contractibus, tantum excessus vitiosus, & abusus damnatur, ita etiam moderatum usuram non esse peccatum, sed tantum excessum damnari. Potest ne verbis magis perspicue questio explicari? Porro primum auctoritate Ethnicorum evincit usuram omnem improbatam esse, & et quidem apud Romanos primo usura simpliciter damnata fuit. Dicit enim CATO de re rustica: *Matores nostri sic habuerunt, & ita in legibus postere, furem duplitem condemnari, feneratorum quadruplo: adeo peiorem existimabant feneratorum quam furem.* Deinde plura Cicero, Plutarchi, & Atheniensium testimonia contra usuram indicat. Post tum veteris, tum novi testamenti documenta lato calamo expendit, & consuetas Molinæi, Calvinii, Salmasii, & aliorum cavillationes refellit. Patrum, & etiam Lutheri vii auctoritatem in subsidium advocat.*

XII. Præterea non iari divino modo, verum naturali etiam, usuram adversari evin-

cit. Dignum est autem (inquit) admirationem, cum in hac natura corruptione avaritia variorum pretextus excogitet, quod etiam ab Ethnicis sanctoribus, & Philosophis, & Legumlatoribus usura atrociter damnata est. Et hoc vultenissimum testimonium est, esse cum pugnature non tantum contra Scripturam, verum etiam contra ipsam legem NATURÆ. Scholasticorum rationes recitabit, & descriptiones, quibus isti, & Theologi usura vitium explicant. Melancthonis quoque, & Lutheri rationes perscribet. Philippus, inquit, ita desinit. *Usura est lucrum supra sortem exactum tantum propter officium mutuativum. LUTHERUS dicit. Qui iuxta precepta caritatis mutuo dat, & usura sortem aliquid, vel plus vel molius exigit, aut recipit, usuram committit. Ad definitionem igitur usurae pertinet. 1. Quod sit contractus mutui. Et hoc, xxii. &c. & de substantia mutui sunt hæc quatuor. 1. Quando res ita transferatur, ut fiat accipientis. Mutuum enim indebitum volunt, quia de meo fiat tuum. 2. Debet esse officium gratuitum: alias enim esset venditio, vel locatio. 3. Datur potestas utendi mutuo, non in perpetuum, sed ad certum tempus: alias enim esset donatio. 4. Additur obligatio, ut restitatur, non quidem eadem res numero, sed alia etiamdem vel generis, vel quantitatis, & æstimationis. Psal. xxxvi. vers. 21. Peccator mutuo accipit, & non solvit &c. In huius doctrine confirmationem allegat Hieronymum, Ambrosium, Angulimum, & S. Thomam iniquis. Et THEOMAS recte dicit: Quando commodum aliquid, quod pecunia potest estimari, propter officium mutui exigitur, usura est. Iterum admonet, Lutherum hanc controversiam optime diluxisse. Animadverti igitur, & observari in LUTHERO methodum quandam qua usi postea Aspinus, & Brentius, plane, & perspicue explicaverunt hæc doctrinam.*

XIII. Expofitis rationibus tum a Scriptura, Patribus, & Scholasticis, tum a iure naturali arellitis contra usuram, ad diluenda obiecta accedit. Proponit sibi primo loco argumentum de viduis, & pupillis, quod obtrudere Broederlied solent. Post multa, que brevitatis causa omittit, inquit: Sed hæc questio varie disputatur. Si talis, sicut dictum est, mutuo det diviti, qui usi dem alter sine suo incommodo, & detrimento possit reddere, & alter inde suam sustentationem habeat, cum bona conscientia id fieri possit, an vero sit ul-

ta, quam Deus tam atrociter in Scriptura damnat.

Quidam dicunt, non esse usuram damnatam: & utuntur his argumentis. Quia non fit mortis, & aggravatio pauperis, sicut Scriptura de usura loquitur. Et sic licet usura, alii &c. potest vendi, ita ut dominium maneat penes locatorem; ita potest etiam usus pecunie vendi, ut dominium repetende sortis maneat penes creditorem. Sicut enim propter commoditatem commerciorum necesse fuit usum mutui: ita ad conservationem civillum negotiorum alieni usus necessarius est. . . . Quando igitur non est contra caritatem, non est peccatum &c. Prolixius describit oppositionem, cui sic respondet.

Sed illis, & aliis omnibus similibus rationibus opponitur hoc simplex, firmum, & solidum fundamentum. Si Scriptura in descriptione usurae talem constitueret differentiam, quando in mutuo a paupere aliquid ultra sortem exigitur, esse peccatum; quando vero a divite, esse legitimam, & pian negotiationem, esse legitimam, & pian negotiationem, tunc plana esset responsio. Tam vero in genere & simpliciter damnat usuram, & omnem superabundantiam que in mutuo ultra sortem exigitur, sine discrimine, a quocumque accipitur, Psal. xv. vers. ult. Ecce. xviii. vers. VIII. Luc. cap. vi. vers. xxxv. Quia igitur Deus iuxta verum patet factum iudicat, certe conscientia non potest certa esse, si absque manifesto verbo Dei ipsa sibi talem differentiam fingat. Qualescumque enim excogitentur rationationes, semper obstrepet generalis illius sententia. Qui pecuniam suam non dedit ad usuram &c. Quod vero in quibusdam testimoniis pauperum fit mentio, eadem ratione fit, sicut in quinto, & septimo præceptis plebicum nominantur vidue, pupilli, pauperes, ne illis inferatur iniuria. Sed inde non sequitur: Ergo iniuria que fit contigatis, adultis, potentibus, divitibus &c. non est peccatum. Item officium mutui præcipitur præcipue propter pauperes. & egenos: ideo eorum etiam fit mentio in testimoniis Scripturæ. Præterea ad definitionem, & substantiam mutui pertinet ut sit officium gratuitum, & quod recipiens obligetur ut restitatur tantundem in genere, seu quantitate. Ergo quando mutuum pacificiter aliquid ultra sortem, hoc fit contra naturam contractus mutui. Igitur non valet. Quodcumque autem nomen et imponatur, quando quis repetenda sortis manet penes creditorem est verum mutuum: & quicquid in mutuo ultra sortem exigitur, est usura. Et Scriptura ideo generaliter prohibet usuram, quia in com-

municatorem societatis politica non vult omnia esse venalia; sed vult quædam officia esse gratuita, que certe deformantur, & depravantur, quando vel tamquam venalia venduntur, vel tamquam mercenaria locantur. . . . Quid igitur faciet is qui ad sustentandam Republicam onera, & tolerandos sumptus æconomicos usui sue pecunie non potest carere? Responsio manifesta est ex fundamentis supra monstratis. Sunt enim multi alii legitimi contractus qui in Scriptura approbantur. Illis igitur utatur. Sed inquit: Non possum exercere negotiationem emptiois, locationis, permutatiois &c. Respondeo. Qui legitime illos contractus fugit hoc nomine sua labores, & pericula non vult subire, sed querit aliam rationem faciliorem, que minori cum labore, & nullo cum periculo coniuncta sit, si peccat contra doctrinam de communicatione rerum in societate civili. Regula enim est, ut in politicis illis officiis exerceatur caritas: at hinc, certe non corporet ut alii tantum labores subeat, & pericula sustinet, tu vero otiosus, & indemnus aliorum periculis, & laboribus saginens. Sed si fit vel valeat, vel atatis, vel conditionis, ut in viduis, vel qui privatis sumptibus Republicam gerunt, vel imperitis, vel alia honesta ratio, approbati sunt legibus etiam alii quidam contractus; ut qui habent pecuniam, & non possunt ipsi negotiari, possunt bene, & legitime usui pecunie acquirere unde sustententur, scilicet contractus redemptiois, & societatis.

XVI. Opponit 2. legem Iustiniani, cui sic respondet. Quia vero usura pugnat cum iure natura, & expressis Scripturæ testimoniis atrociter damnatur; & si civile ius non ita correctum est quod in vero mutuo non licet pacisci de usura. Explicat deinde pericula contractus quibus omnes, & pupilli, & vidue, & nobiles, & senes, possunt ex pecunia lucrum querere, sic concludens. Quod si quis dixerit, Contractus redemptiois, nec societatis placet; sed vellet potestatem repetende sortis retinere, & de lucro, & de sorte sine periculo ullius damni certis esse, sicut fit in usura; illi, qui non vult secundum caritatem ambulare, non possum aliud consilium dare ex verbo Dei, quam I. Thessalon. iv. vers. 6. Vindex de his omnibus Dominus est.

XV. Opponit 3. Usura in Scriptura hoc nomine damnatur, quia pugnat contra caritatem, & conjuncta est cum dolo, & cum iniuria: item quia mordet, & prægravat proximum. Ergo quando a divite exigitur usura, non est peccatum. Huius argumenti explicatio supra in definitione

tradita est. 2. Iustitia commutativa consistit in aequalitate. Sed quando quis ex alterius pecunia magnam fructum capit, & creditor tantum forem restituit, certe magna est inaequalitas: debitor enim ingens accipit lucrum, creditor vero facit iacturam. Potuisset enim ipse usum suae pecuniae suum parare commodum. Ergo utilis potest cum iustitia exerceri.

Resp. Vult Deus in societate politica quaedam officia esse gratuita, sicut est mutuario; & ista certe gratuita officia iustitia non iubet vendi. Quomodo vero cum tertio ordinis hominum in usu eris alicuius aequalitas servari possit, non per usuram, sed alius legitimis rationibus (nempe contractibus societatis, censibus, redemptionibus) supra dictum est. Inde petatur ulterior explicatio.

XVI. Opponit 4. Apud Corinthios utpote magno oneratio sine dubio utilis fuerunt usitatae. Paulus vero, cum alia vitia arguat, non facit mentionem utilitatis &c.

Resp. Paulus ad Corinthios non meminit homicidii, veneficii, perurii &c. quae vitia fuisse in magna illa urbe non est dubium. Num ergo dicemus propterea non esse peccata? Paulus enim in varaque ad Corinthios tantum ad ea responderet de quibus certamina apud ipsos orta fuerant, & de quibus consulabatur. Et tamen, cum 1. Cor. vi. vers. 10. damnat fures, rapaces, & avaros, sine dubio usuram etiam complectitur, speciem sub genere, sicut in Dealogis fit.

XVII. Opponit 5. Regula caritatis est. Quaevisque cultus ut faciunt vobis homines, eadem ipsis facite. Ergo peccat contra caritatem quando is qui aliquando solet usura solvere, ab aliis exigit. Item quando cogit de velle alius usura forem aliquid numerare, si in simili necessitate esset constitutus.

Resp. Ex voluntate per peccatum depravata, quando dissentit a manifesto Dei verbo, non est indicandum de lege caritatis, ut in expressis Scripturae testimoniis praedictetur. Accusatus soram iudicio vellet de falso testimonio extorci petendo; non igitur, si alteri perurii patrocinetur, non erit peccatum? Et simulatus patrextus est. Nemo enim est qui non malles gratuito mutuo favebari in egestate.

XVIII. Opponit 6. Magistratus officium est de externis rebus statueret: & Christiani politici constitutionibus bona conscientia possunt uti. Ergo quotiens leges civiles concedunt usuras, possunt sine peccato exerceri.

Resp. Alia est ratio constitutionum politicarum quae legi naturae congruunt, & quae pugnant cum manifesto verbo Dei; ut cum leges dicunt simpliciter fornicationem non esse peccatum. Quae vero ratione, & quo sine leges civiles concedant usuras, ita ut tamen non struantur aliqua simpliciter contrarium legi divinae, supra in 1. membro explicatum est.

XIX. Opponit 7. Societas politica, quales nunc sunt hominum mores, non potest esse carere usuris. Est enim usus eris alii, nisi cum alias necessarius, tum praecipue ad conservandas negotiationes. Et nemo vult gratuito dare. Ergo &c.

Resp. Hoc argumento posses tota Scriptura exerceri. Mundus enim non vult in via mandatorum Dei ambulare. Nam igitur dicendum est, non esse peccata quae in Scriptura manifeste damnantur? Sunt autem varii modi legitimorum contractuum in usu eris alieni, quibus negotiationes necessariae in societate politica possunt conservari, ut non opus sit propterea usuram iustificare.

XX. Opponit 8. Sape illis quibus pecunia datur ad usuram, magnum praestatur beneficium. Multi enim hac ratione dicunt. Ergo est opus caritatis.

Resp. Non dicendum est beneficium, vel opus caritatis, quod fit contra mandatum Dei. Gerson recte dicit: Propter utilitates quae per accidens possunt evenire, non sunt dicenda bona quae per se & genere suo mala sunt, ut mendacia, fornicatio &c. Luc. xv. vers. 6. Haec omnia tibi dabo.

XXI. Opponit 9. Pecunia sub usura non obtruditur in vitis, sed petitur, & cum gratitudine a debitoribus accipitur.

Resp. Necessitas cogit egenos, ut cum iuxta preceptum caritatis non subvertitur, accipiant ad usuram: mallet autem gratuitum officium. Et si serio petant pecuniam sub usuris, non ideo iustificatur usura damnata in Scriptura. Nam & adulteria, & fornicationes, & mendacia sepe hoc modo committuntur. Item Saut petebat ut ab armigero suo interficeretur 1. Reg. vi. vers. 4. sed David propterea homicidam non aboluit 1. Reg. i. vers. 15. &c. Haec enim Martinus Chemnitius.

XXII. Nunc animis ad eam Budaei, Heineci, Boehmerii, Mosheimii, Volfii, Burcherii, & omnes Luthericae factionis afflece. Legislatores vestri, beati nempe, & magni illi viri Lutherus, Bucerus, Melancthonius, Chemnitius, Brentius, quos concernantibus buccis deformatae Theologiae sapientiam inflatasse, & prolabantem religionem, ipsamque naturae ius ad primum revocasse splendore

rem

CAPUT VII.

Detur ne materia parvitas in usura peccato.

I. Disputatum hucusque pro dogmate quod Ecclesia catholica contra usuras defendit. Bellum facile, certaque victoria. Difficilius nunc incedum certamen est contra non paucos catholicos Casuistas, qui sensus omne detestantes, tot excogitarunt fucos quibus usurae deformitatem tegant, tot invenerunt titulos vi quorum ab usura pravitate quodlibet ex mutuo lucrum purgant, ut hoc usurae scelus, in quod tam acriter cuiusque saeculi Patres, & Theologi declamarunt, vix in mundo reperitur. Si nulli tituli essent qui lucrum ex mutuo perceptum usurae vacuum redderent; quomodo quae illae occurrunt causae quae adulteria, fornicationes, mendacia a malitia excutunt, levioris momenti dissipatio esset, & paucis dirimeretur. At occupant, tametsi non ita frequenter ut multi contentum, tituli vi quorum iustum est ex pecunia mutuatitia lucrum. Porro quandoniam hoc liceat, & quando leceus, hoc opus, hic labor est definire. Vix alius fuit in universa Theologia tam impeditae, atque involutae difficultatis, quae negotium ita facessant, torquentque Theologorum ingenia. Si proximum spectes, quasi dixerim non minus late patere avaritiae scelus inter pecuniosos homines quam inter inveteres libidinem. Sed haec, quia canalis, facillime suam prodit iniquitatem; contra illa, quia corporea materia magis dilata, variis indat species, & colores, lub quibus latitans serpens, & lenium sine sensu viri diffundit. Facile propterea est ad aliquod extremum, aut levitatis, aut laxitatis declinare. Ut mihi caveam, si aqua in disputatione haerebit, lectorem monebo ut doctores consulat, meaque fieri ignorantiam non erubescam. Peccatum quippe istud restitutionem comitem habet: idcirco exquisita opus diligentia, ne aut altringantur, aut liberentur titulos quos iure commentis sunt, singulorum displicent, & quod mihi probabilium vitium fuerit, patet factum. Leviorum hoc in capite, quod est prolatorum ad ea quae dicturum sum, quaestionem dirimam.

II. Quaevis unice. Datur ne materia parvitas in usura peccato? Resp. Non levi contentione versant hanc difficultatem iustiones. P. Thomas Tamburinus Lib. IX. tract. i. cap. 11. num. 4. opinionem adfirmantem constantem

ter

ter defendit: quia, cum usura, inquit, sit contra iustitiam, non focus ac furtum, parvitatem materiae excipit. P. Antoninus Diana refert Alphonsum de Leone qui omnem materiam parvitatem ab usura excludit: & propter illius Theologi auctoritatem nihil definit, ac doctioribus cogitandum super hac controversia relinquit. Tamburinus hanc Diane suspensionem iudicii quasi irridens excipit, subditque: *Sed ne amplius, oro, quis cogitet propter rationem a nobis allatam. Tamburinus scrupulis non agitatur in definiendis morum regulis.* P. Nicolaus Gennaro in sua *Usura detecta intraduct.* a. opinionem Alphonsi de Leone defendit, allegatque evangelicum textum Luc. vi. *Mutuum date, nihil inde sperantes.* Nihil, inquit, materiam parvitatem excludit. Et hac ratione evincere contendit, gravitatem, aut parvitatem materiam desumendam esse non tam ex obiecto materiali, quam ex oppositione cum ratione formalis obiectiva per se inspecta. Porro ratio formalis obiectiva, attacha ab usura, non est res aliena absolute considerata, quia hoc obiectum materiale est; sed res aliena, acquilata per mutuum cum aliqua vi. Usura enim ad rapinam reducitur, ut dicit S. Ambrosius relatus 14. quaest. iv. *Si quis usuram accipit, rapinam facit.* Mutuarius enim, ut peripicue docet Angelicus 2. 2. quaest. lxxviii. art. 1. ad 7. & alibi, aliquam vim patitur sibi indebitam, quae liberatam ledit. Hac autem ratio gravem oppositionem prodit cum iustitia naturali, etiam si res aliena parva sit. Exemplum subdit. Si quis cogeret aliquem ad tributum sibi solvendum, etiam si res parva, peccaret mortaliter: quia licet res tradita sit levis, consuetudine tamen aliquem tributarium, eumque in servitutem redigere, est gravis iustitia laesio. Similiter quamvis mutuarius rem levem reddat, nihilominus magnum gravem leved reddat, quod cogatur ad reddendum ex iustitia id quo non debet. Adicit auctoritatem Ecclesiae, quae hoc vitium turpe, execrabile, impium, inhumanum appellat. Quod quod Patres omnes hoc scelus assimilant mori aepidis, belluae immani, canibus, leonibus, piratis, arpis, homicidio? Ipse Cato clamat: *Quid est feneratori? Hominem occidere.*

III. Haec omnia usura enormitatem gravissimam producit. Ceterum, ut mea minima praesert opinio, non excludunt materiam exiguitatem. Vim inferri mutuatorio a mutuantem, & ipse concedo; sed vim hanc levem esse existimo. Etiam rapina vim inferri; at si vis exigua sit, mortalis culpa non est. Exaustio

lucris opponitur utique, sicut quodlibet aliud peccatum, rationi formalis obiectiva; sed eam oppositio parva sit, etiam si culpa levis est. Ita mihi videtur. Interim aliter, contentendam non esse argumenta P. Gennaro. Ut superius dixi, in questione de peccato mortali, & veniali, nisi veritas expressa habeatur, & communis moratorum hominum sensus, iudicium meum suspendo. Has trinitas ponderandi malitiae gradus pluribus Probabilioribus iniquo, qui sane nimis facile desumunt hoc mortale, hoc veniale esse. Tandem, ad praxim quod attinet, quaestio ista inutilis videtur, ut fateatur etiam ipse P. Gennaro. Quis enim feneratorum pecuniam hanc mutuum tradit ob lucrum unius aut alterius obtutu? Ut res in tuto collocetur, cavendum ab omni vel umbra feneratoris est: tum ut scandalum vitetur, quod facile contingere potest; tum ob periculum prolabendis ex parvis in graviora; tum ob facilitatem existimandi materiam levem quae gravis sit.

CAPUT VIII.

Sit ne pecunia numerata praesens estimabilior absente, & titulus accipiendi aliqui ultra sortem?

I. Nulla super proposita quaestione institui disputatio deberet, cum eam damnaverit Innocentius XI. in hac propositione num. 41. *Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda; & nullus sit qui non maioris faciat pecuniam presentem quam futuram; potest creditor aliqua sortem a mutuatorio exigere, et eo titulo ad usura excusari.* Tamen ut tibi semper evidentius competum sit, Probabilissimum per universam grassari Theologiam, in mentem revoca S. Pauli verba: *Erut enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebant, sed ad sua desideria coarctabant sibi magistros prudentes auribus &c.* I. ad Timoth. cap. iv. Dum nos vocem exaltamus adversus iuniorum laxitates, perirent benignioris Ethices patroni, nos caritatem ledere, & Casullitas infamare. At istorum voces semper parvi fecimus; cum vera Christi caritas ureat nos ad subducendas animas aeternae perditionis laqueis quos nonnulli iuniores bona fide illis paraverunt, ut amenciorum via eisdem ad caelum ducerent. Praefatam erroneam opinionem docet Caramuel in *Theolog. moral. Lib. II. disp. xiv. num. 799.* ubi haec habet. *An numerata pecunia pretiosior sit numeranda? Respondet asserere Navar-*

thas

CAPUT IX.

num. mth. 231. Caietanus verb. Usura, ad finem. Fallissime hos laudat Auctores Caramuel, sicuti & Lessium, ac Bellarminum. Nam Theologi isti *loc. cit.* loquuntur de chirographis Genuensibus, ut Caietanus, qui ob peculiarias rationes emi minoris posse defendit, non ob anticipatam solutionem, ut expresse docet *ibid.* §. 2. *Casus tertius.* Laudat etiam Sa. Amilam, Phillareum, & alios, quorum tamen non vacat insinuere.

II. Laxa, erronea, & scandalosa plena est opinio haec: ideo merito a S. Sede proscripta. Nam ad intimum & intrinsecam practici naturam pertinet quod detur pecunia praesens pro futura. Si igitur traditio pecuniae praesentis pro futura titulus esset qui lucrum ex mutuo perceptum honestaret, ablata de mundo usura foret.

III. Respondet Caramuel *ibidem* num. 801. cuius verba transcribit Diana Part. IX. tract. vi. reloh. 24. *Sed ais, hac doctrina omnes usuras tolli. At ipsi Auctores possent negare consequentiam: quis usurarius est quicumque accipit ultra sortem. Unde si nonaginta aurei parati centum dandis post mutuat, & post annum centum recipit, usurarius non est; quia nihil supra sortem accipit. Esset tamen, si sub finem anni plures quam centos acciperet.* Ridicularia haec sunt, & consuetas sollicitas veritates implicent, & obvolvunt. Effugium istud proscriptum fuit in damnata propositione. Cur enim exigis centum pro nonaginta numeratis? Quia estimabilior est numerata pecunia praesens quam futura. Sors, seu vivam, vel capitale, ut vocatur, sunt 90. supra hanc sortem exigis decem: ergo usulam apertam perperas. Quid? Si mutuator pro 60. aureis numeratis acciperet post annum 104. usulam non committeret? Ais. Sed quaro. Cur 90. numerata hodie post annum valent 100. secus 104. 112. 120? Quis hoc pretium taxavit? Quis definit? *Docti iuniores!* Ita ne vero? Sed faciant a catholicis Scholis istorum Opiniones, a S. Sede damnatas. Plura ad invicem possem; sed cum proscripta opinio fuerit, otio, & tempore non est abutendum. Colligas haec quam caute ablinere debeas a similibus librorum lectione. Similibus enim verborum involvitur centenas, & milenas opiniones laxas furo probabilissimas honestate iudent Casuiste plures.

Licet ne est aliquis supra sortem accipere ob molestiam, etiam ex privatione pecuniae mutuo tradita? Festiva opinio Caramuelis.

I. Ioannes Caramuel *Lib. II. Theolog. moral. disp. xiv. num. 778.* hanc versat quaestionem verbis adeo festivis, ut eandem rescribere libeat ad lectores imbuedos. *Distinguo molestiam a periculo vel a damno emergente, & lucro cessante. Est vera aliqua recreatio in videndis rebus pretiosis; cur non & possidentis? Pro evadenda commoda, vel videnda bestia datur pretium; & nemo contradicit: cur non pro mendicis, vel possidentis opinio auri paribus? Ratione ergo iustus molestiam, a carentia pecuniae suboritur, praesertim omni alio periculo, posse quae supra sortem accipi, asseruit Medina; & D. Thome interpretes quaest. lxxviii. artic. 1. iudicant speculative probabile. Sed Diacanthus contradicit, & inquit: "Mihhi haec lententia, & speculative improbabilis, & moraliter in praxi videtur perniciosa." Vide GENSURIUM CATONEM, severo supercilio doctrinam condemnantem. Audite tamen num. 154. sibi contradicentem. "Unum solum superest, inquit, sane difficile, nempe tristitia ex carentia rei delectabat, & de qua habita apud id delectatur." *Non haec restat: sed de hac ut nunc disputatur: & respondet, Rescencio, res aliqui docent, eam tristitiam sufficienter recompensantem pro recompensationem ter similibus conditionis. . . . Verum enimvero carentia illa non videtur recompensatio; quam delectationem si non mutualiter mutuantur & eoque habuisset quo caruit, & modo etiam haberet. Ergo non satisfit praeterite tristitia per praesentem iustitiam: quia hanc etiam haberet, si non mutuasset. Ideo probro posse in hoc calu aliquid ultra sortem recipere, si id a principio deduxit in pactum, & declaravit mutuatorio iuxta dicta in superioribus; atque in eo eventu vera est sententia Medicinae. (Hactenus Diacanthus. Et Caramuel hoc pacto resumit sermone.) Pariter montes & nescitur parvulus natus. Cur illa dicta prius? Sententia quae a paucis lineis erat speculative improbabilis, praesertim perniciosa, iam tandem asseritur vera. Veritas**

ritas enim est veritas; & tamen si alii idcirco praetentur, eam condemnans, tandem assilget, & se ipsum condemnans eius sinceritatem propugnabit.

II. Pape? Qui opiniones laxas scandalum plenas reseluit, levari sunt censorii Catores, qui de superfluo loquuntur? Errorum manifestum fulgentem veritatem appellat Caramuel? Hanc opinionem didicere iuniores ab Horatio ethico scribente:

At mihi plaudo domi: nonnos contem-
plor in arca.

Si heretici cathinici, & sibilis similia opinionum portenta deridenda propinant, & Catholicis invidiam constant; non aliud praebere responsum possumus, nisi quod in agro evangelico pascat, & rixantia inmixta sint tritico. Sed Catholici communi assensu haec erronea commenta improbant.

III. P. Leonardus Lellius lib. II. cap. xx. dicit. 14. num. 133. & ipse ut probabilem exhibet opinionem proscriptam, quae ob pecuniam carentiam, & voluntatem non recipiendi infra certum tempus mutuum, licite ex eodem lucrari defendit. Inquit enim. Tertio probatur haec sententia. Quia sicut alii rebus, & oneribus, potest aliquid pretium imponi, ita etiam oneri CARENDI sua pecunia tanto vel tanto tempore. Cum enim pecunia sit instrumentum negotiandi (haec est potissima ratio Molinai) & private se instrumentum sua artis sit pecunia estimabile, cur non etiam mercatoribus poterim carentia pecuniae pretium aliquod communi consensu imponere; praesertim si ratio boni communis id postulet?

Ita ne vero? Communis ergo avarorum consensus quod generatim est honestum efficit? Quid haec pertinet consensus hominum? Haec sophistata labela clavit supra vel ipsa Charmantus. Post multa concludit. Haec rationes videtur possunt alii probabiles potissimum tertia; & laxa eas consuetudo Burse Antverpiensis excusabit. Haec Bursa Antverpiensis aliquo probabilis furore protendit est. Subdit tandem num. 127. Nihilominus sentio non esse tam laxas habenas mercatoribus dandas, nec illis concedendum ut quidquam supra sortem exigant, sibilis ex CARENTIA pecuniae nullum lucrum cessat, nullum periculum impendit, nullum incommodum meretur. Primo quia sententia illa videtur nova, nec illam apud Auctores reperio; ac proinde in re moralitanti momenti NON EST FACILE ADMITTENDA. Si vera, cur non facile admittenda? si falsa, numquam admittenda. Expende omnia, & facillime, nedum facile,

admittet. Si ex carentia pecuniae nullum lucrum cessat (parum hoc); si nullum periculum impendit (adhuc parum); si nullum incommodum meretur, opinio non est facile admittenda. Fieri ne potest ut quis sua pecunia mutuo tradita careat, quin saltem aliquod periculum subeat, aut aliquod incommodum patiatur, nedum metuat? Dum unum ex his occurrit, opinio ne probabilissima est? Ergo non modo facile, sed etiam facillime admittenda; si talibus imitatis principis.

IV. Ut istarum opinionum horrorem evidenter ob oculos ponam, doctrinam S. Thomae praemitto ex 2. 2. quae. cxviii. artic. 4. Si tantum amor divitiarum crescat, quod praesertim caritati, ut scilicet propter amorem divitiarum aliquis non veniat facere contra amorem Dei, & proximi, sic avaritia erit peccatum mortale. Mutuum natura sua gratuitum est, & caritatis fructus. Qui tantum divitiarum amore capiunt, ut naturam mutui graviter pervertant, isti mancipia sunt avaritiae. Clarius exprimit Doctor sanctus hanc doctrinam in dixit, quae. xxi. de malo art. 1. Ad iustitiam autem pertinet metum aequalitatis consistere in ipsis rebus possessis, ut scilicet unusquisque habeat quod sibi debetur. Liberalius vero consistit medium in ipsis affectibus animae, ut scilicet unusquisque non sit nimis amator, vel cupidus pecuniae, & quod sit emissivus earum cum delectatione, vel sine tristitia, quando oportet, & ubi oportet.

V. P. Thomas Tamburinus, qui non raro caramuelizat, incertam sibi videtur aut hanc opinionem Caramueli; & lectorem remittit ad Dialecticum Lib. IX. tractat. 1. cap. v. §. 3. num. 2. Qui Probabilissimi lenocinios praeventi sunt, nihil certi habent, sed duabus dominantibus opinionibus, licet mutuo inter pugnent, inserviunt. Si S. Thomam, & ceteros Patres loco iuniorum legissent Tamburinus, Caramuel, & alii, non haesissent ad aquas. Siquidem ex doctrina Angelici evidentiter inferunt, opinionem Caramueli, & aliorum esse antievangelicam. Evincit. Tristitia qua mutuator afficitur ob privationem pecuniae mutuo traditae, manifestus abortus avaritiae est. Ergo tristitia haec non pretio, sed vituperio, ignominia, & detestatione digna est. Pergamus ulterius. Tum avaritia peccatum mortale est, S. Thomae teste, quando propter divitiarum amorem agit homo contra caritatem, vel iustitiam. Atqui mutuator qui ob solam delectationem praesentis pecuniae, excluso omni alio titulo, lu-

crari ex mutuo volunt, caritatem, & iustitiam ledunt. Ergo mortaliiter peccant. Rursum ledunt. Ergo mortaliiter peccant. Rursum. Quo homines sunt avariores, eo impotius pecunias deperunt. Maiori ergo tristitia, & dolore conflantur ob illarum tristitiam. Tristitia haec pretio estimabilis est: quo maior est tristitia, eo maiori pretio estimari debet. Ergo homines avariores maius pretium patiuntur ex pecuniae absentia. Haec ita homines medioeriter avari exigunt quoque in certum vi mutui ob tristitiam praesentam, homines avariores decem, & homines avarissimi quindecim exigere poterunt. Vah potentia commenta.

VI. Quod Caramuel indefinite asserit, interpretes S. Thomae in 2. 2. quae. 78. defendentes ut probabilem, praesentam opinionem, manifesta calumnia est, quam transcriptit Mattheus Moya, sive Amadeus Guimenius. Docuerunt ne aliqui Dominici hanc errorem, nec asserere, nec nego: quia non vacat omnes expendere. Si illum docuerunt, non secus in his quam in aliis de more improborum quemadmodum in Dominicanos; ita & in externos Caluillas criticum unum non coerces? Iam pluries dixi, me laxas opiniones resellere illorum Auctorum qui communiter obicit sunt, & opinum fere manibus teruntur. Illi quibus hoc displicet, Dominicanorum laxas opiniones omnino splendebit Theologia Christiana. Interim legelis Vincentii Baronii apologiam in Manductione ad Theologiam moralem Part. II. disp. 1. sect. 2. §. 3. Impositura domtaxat arguo Caramuelem, & Gumeum, quod absolute asserant, interpretes S. Thomae hanc laxissimam opinionem probabilem reputasse. Aperte enim hoc fallum est; cum non paucos ego legerim, qui de hac quaestione nec verbum faciunt.

VII. Tamburinus loc. cit. inquit: Haec molestia non videtur esse in omni mutuo. Dubio procul. Nam mutatores, caritate christianae cultores, hanc molestiam, tristitiamque non experientur. At qui hydropi avaritiam laboant, haec tristitia anguntur. Ergo in mutuo avarorum hominum haec tristitia adest. Ergo vidibilis erit? Certe: quodnam beneficium accipit mutuator ex tristitia mutuatoris, vi cuius solvere pretium debeat? Sed quid amplius tempus: tero in convellendo manifeste errorem; Tamburinus ipse tandem concludit, non esse hanc tristitiam venditionem ad proximum deducendam, quia parva est. At quid, si in avarissimis mutuatoribus magna, & vehemens esset? Absolute itaque dicen-

dum, neque tristitiam ob privationem, neque oblationem, ob praesentiam pecuniae esse pretio estimabilem. Reicienda proinde est praesentia opinio tamquam erronea.

CAPUT X.

De potestate pecuniae ad lucrandum. Licetum ne est ex mutuo aliquid exigere ob potestatem pecuniae ad lucrandum?

I. Caramuel Lib. II. Theolog. moral. disp. xiv. num. 754. docet, mutuatorem, dum pecuniam mutuo tradit, se private facultate ad eandem negotiandum. Privationem autem huius facultatis aut esse pretio estimabilem. Non posse, inquit, negotiari gratiam esse; & posse esse pretio estimabilem. Et necesse est debet Petrus illud subire gravamen, haecque imminuat pretio estimabilem potestatem gratis. Mutuator ergo qui negotiandi reple non erit pecuniam suam, poterat tamen, iure exigat aliquid supra sortem, non propter locum cessans, sed propter privationem illius potestatis? Opinio haec falsa est, & iuras de medio auferit. In omni mutuo contingit illius potestatis privatio ad negotiandam pecuniam mutuo traditam. Ergo omne mutuum fenore est. Erdum opinio Caramueli eadem est ac error Molinai, Salamasi, & aliorum. Quia isti facillime luunt. Concedunt enim lucrum illud fenore esse; sed negant moderatum fenore esse veritatem, dummodo a mercatoribus divisius exigatur. Caramuel vero hoc discrimen flet, quia fenore situm esse lucrum negat.

II. In pecunia duplicem distinguunt potentiam Auctores, proxiimam, & remotam. De proxima, quatenus parata est ad negotiandam, infra sermo erit. De potentia qua pecunia convenit absolute, quatenus subesse industriae humanae potest, nunc loquor. Quod ratione istius potestatis non possit aliquid usurae virtus aliquid exigi, docent communiter omnes. Quoniam in omni pecunia mutuatia haec facultas reperitur. Ergo si ratione huius potentiae licitum esset quiddam exigere, iam omne mutuum fenore situm esset. Quod quod haec potentia non est nisi ipsa pecunia?

CAPUT XL.

Licetum ne est in mutuo aliquid ultra fortem exigere ratione vel periculi amittende fortis, vel expensarum quae faciendi timentur in sorte recuperanda? Singularis doctrina Cardinalis de Lugo, & Tamburini.

Idem meam oppignoravi dissertatione precedenti cap. vi. num. 3. dirimendi quaestionem, utrum nempe licetum sit premium in venditione ad creditum agere ob periculum pretii recuperandi. Tempus est ut eam liberem. Dux sunt circa hanc quaestionem opiniones. Prima affirmans est, quam defendunt plures iuniores. Serra 2. 2. qu. 87. art. 1. dub. 4. concl. 3. Valentia disp. 77. qu. 1. x. punct. 2. concl. 4. Lugo disp. xxv. sect. 6. num. 81. Callropala disp. v. punct. 12. num. 6. Diana Tom. VI. tract. 111. resol. 40. ubi inquit: *Hae opinio visa est probabilis his omnibus.* Lellius Lib. II. cap. xxi. dub. 6. num. 34. Petrus Navarra Lib. III. cap. 11. dub. 11. Bonaccia disp. 113. de contract. qu. 11. punct. 4. Salamancaenses tract. XIV. cap. 11. punct. 11. num. 141. Claudius La-Croix Lib. III. part. 11. num. 945.

II. Hanc opinionem falsam reputo: quia culhbet venditioni ad creditum intinuum est periculum quod obtruditur, & consequitur tam eisdemque venditionem quam mutuum. Cave-ri autem periculum istud potest per fidei-sonem. Sed alias rationes mox dabo.

§. I.

Periculi notio, & diversitas. *Omni mutuo infitum periculum illud est vi cuius iuniores purgare ab usura lucrum perceptum a mutuatario contendunt.*

Periculum definitur, seu describi potest, quod sit incertus eventus fortis amittende, vel recuperandae. Periculum duplex. Aliud facti, aliud iuris. Nunc de primo, post de secundo. Ratione periculi facti non pan-cti iuniores Probabilitate defendunt, abique usura labe exigi in mutuo lucrum posse. Immo ex laxitatis prolapsi nonnulli sunt, ut illos asserere non puduerit, in omni mutuo hoc periculum reperiri. Hoc fatetur vel ipse P. Claudius La-Croix Lib. III. part. 11. de usura num. 854. Sylvius, Serra, & alique apud Mendo in Statuta disp. vi. num. 58. quodcumq; SEMPER esse periculum fortis, quando da-tur mutuum; ideoque ratione periculi SEM-

PER posse aliquid exigi. Nec Molinæ, nec Calvinus, nec Salmalius tam laxam opinio-nem defendunt. Nam illi, dum mutuo pecu-nia traditur pauperibus, aut divitibus necesse-ritate pressis, nihil exigi posse docent. Ipsi indifferenter asserunt, in omni mutuo adesse semper periculum; atque adeo ex mu-tuo semper ratione istius periculi moderatum lucrum exigi posse. Errorem hunc profliga-vit BENEDICTUS XIV. in sua Pastorali Encyclica adversus usuram, num. 5. *Sed istud diligenter animadvertendum, falso sibi quon-iam & non nisi tenens persuasuram, repeti-ri SEMPER, & pressio ubique esse vel una cum mutuo titulos alios legitimos, vel secluso istius mutuo, contractus alios iustos, quorum vel ti-tulorum, vel contraham pressis, quatenus-que pecunia, frumentum, aliudve id generis alteri cuiquam creditur, toties semper liceat auclarium moderatum ultra fortem integrum salvamque recipere. Ita si quis senserit, non modo divinis documentis, & catholice Ecclie-sie de usura iudicio, led ipsi etiam humano communi sensui, ac naturali rationi procul du-bio adversabitur. Neminem id latere saltem potest, quod multis in casibus tenetur homo simplici ac nude mutuo alteri succurrere. Le-ge Commentarium nostrum in praefatam Epi-sistolam.*

II. Alii iuniores, ut aliquo fauo errorem hunc contegant, distinguunt pericula in ordi-naria mutuo intima, & in extraordinaria mutuo extrinseca; ut quando mutua pecu-nia traditur, inquit cum aliis P. Billuart disp. IV. art. 3. §. 5. mutuatariis dubie fidei, pro-digis, deceptoribus, litigiosis, lufui deditis, aut illis qui exercent commercia periculosa, sive navigando, sive deferendo merces prohi-bitas, aut etiam licitas, sed per vias latronibus obitas, aut tributa defraudant. Incredible mihi essent haec paradoxa, nisi eadem totidem verbis legissem. Mutuum inter Christianos caritatis, & praedictae regulis moderatur. Quis autem Christiano-nem prudens, & bene moratus mutuas pec-unias traderet aut lufui deditis, aut prodigi-s, aut illis qui deserunt merces prohibi-tas, qui tributa defraudant? Quis prudens hominibus dubiae fidei, aut litigiosis, aut ce-teris recentitis mutuas pecunias credit, et nisi ob duplicem finem, caritatis incurrendi fa-tri indigentis, aut avaritiae, & lucra ca-putandi? Si primum; mutuum gratuitum erit, vel ad summum fidei iustio adicietur. Si secundum; fenebre mutuum est. Nonne ex sola istius opinionis expositione eisdem apparet manifesta falsitas? Advertas tamen velim,

velim, non omnes iuniores confingere ad haec extraordinarium pericula, sed solum asserere, dummodo periculum verum sit, & non fi-ctum; ut videre poteris apud Dianam, Tam-Steum; ut Lugo, Bonaciam, La-Croixium, Salamancaenses, & alios; quorum aliqui in-stant demtaxat, si mutuatarij sint deccolom-tes, aut dubiae fidei, aut non latis noti. His vocibus gravissimam difficultatem dirim-unt. Sed ad rem.

III. Propositio nostra haec est. *Lucrum ex mutuo ob periculum facti amittende for-tis, sive ordinarium, sive extraordinarium, feneratorium est.* Primum rationes promo- adionere lectorem interese, in hac de usura controversia veranda semper ad Scriptu-ras, ad Patres, & sacros Canones oculos convertendos esse. Si verè essent iuniorum Probabilitatum opiniones, in nihilum occide-ret Scripturam, Patrum, & Canonum contra usuras doctrina. Quia, quælo, tam severe declamantur de Scriptura, & Patres, & Canones in feneratoribus, si frequentissime, & fere semper mutuo hererent tui vi quon-iam lucrum perceptum usurae expert ellet? Nihil frequentius damnant Scripturae quam exactionem usurae a pauperibus, istorum-que oppressionem. Illis gratis mutuandum docent vel ipsi heretici usurarum fautores. Porro nullum mutuum magis obnoxium pe-riculo est quam pauperibus traditum. Ab istis ergo semper ratione periculi exigendum lu-crum erit. Ubinam in universa divina Scri-ptura istius periculi mentio ad honestanda tenora? Arguatur Probabilis, non omnia in Scripturis reperiri pro casibus deciden-dis. Verum habet, si sermo sit de casibus excogitati a Caramuele, a Diana, a Serra, a Zanardo, a Tamburino, ab Elebarto, & a pluribus aliis eisdemmodi; falsum vero, si de illis preceptionibus loquamur quæ ad imben-dos fideles cum in fidei articulis, tum in morum sanctitate requiruntur. Numquid minus apte intraxit Deus fideles suos? De-ficiens ne lex illius in iis quæ ad salutem sunt necessaria? Inutilis ergo nobilis Theo-logorum natio? Absit. Theologi qui Scri-pturarum, Patrumque doctrinam communi fidelium intelligentia peripicia interpreta-tionem exponunt, diurna, nocturnaque ma-nu versandi sunt; abstinendum vero ab iis omnibus, qui Scripturis neglectis, & Patri-bus, suis rationibus novas morum regulas excogitant. Tam subtilia commenta non-nulli inveniuntur pro usura honestanda, ut usuram penitus sustulerint. Tanta vero dex-teritate, & acutis sophismatis rem impli-

cant, ut facillime fucum faciant imperiis, qui ea libenter amplectuntur quæ sibi fa-vent, & fidelium lucra ab usurae labe pur-gent.

IV. Ab his ergo legandis abstine; & post Scripturas ad Patres confuge. Eæ doctrina SS. Patrum luculentissime eruitur periculum situd de quo est sermo, esse purum utan-que usurae pallium. Patras omnes uno ore docent, usuras patrimonie aborbere, domos evertere, opulentoque ad extremam egeita-tem redigere. Coniule que ex Basilio, Am-brosio, aliique supra rescripti, testimonia. Fenus ferrius comparant, quod totam fa-rinae massam corumpit. Intinuum ergo fere semper mutuo est amittende fortis periculum sive respecta pauperum, sive respectu divi-tum. Quid quod pauperes minime solum tenent? inquit Basilius. Quis pauperibus mutuum dat pecuniam? Quis eisdem credito vendit, nisi moralis habeatur certitudo futu-re solutis?

V. Audi qui scribit Chrysolomus homil. LVII. in Matth. Quid est difficultas quam vene-rari, & de usura, & patrimonibus vene-ramenter sollicitum, vades querere, & modo de pignoribus modo de sorte, nunc de vadibus istis formidare. . . . Nescis quot homines sorte amiserunt fenevis expectatione, quot in PERICULA deciderunt? . . . Multi sepe in ipsa sorte naufragium perulerunt, & ante-quam naufragium pantur, continuis curis anguntur. Numquid ob ista pericula a cri-mine usurae lucrum excusat? Immo severius exagitat feneratoris ibidem. Hanc doctrinam memorie commenda, ut evidentius depre-hendas, quam sit lepida opinio quam excogitant Lugo, & Tamburinus, infra refe-rendi. Curas, & angores munantium deseri-bit etiam Basilius homil. in Psalm. xvi. *Can-ones accipientes mansuecunt; fenerator vero accipientis irascitur. . . . Si irascitur, non or-det. Que in adibus habes, diligenter pro-servat. Una commercia, negotiaque in-vestigat. Plures alias curas, molestias, & solli-citudines cernit.*

VI. Ut clarius rationes adducenda pate-ant, distinguendum est periculum quod est apud creditorem, a periculo quod est apud debitorem: quæ duo pericula communiter confundunt, & implicunt iuniores. Primum itaque ferre erit de periculo apud credito-rem. Hoc autem cuique mutuo semper in-fitum est. Eo ipso enim quod quis muta-tur ad aliquod tempus, adest semper verum periculum visui amittendi. Ergo si istius peri-culi